

dere minimè licere, nisi ex noua causa, eaque ad confessionem ipsius pertinente, aut ob non seruatum interdictum ab ipsi Ordinarius possum, statunt insuper eisdem Archiepiscopis, & locorum ordinarios confessiones audiendi facultatem omnibus simul vniuersi Conuentus Regularibus Confessoribus eadem sacra Congregatione inconsulta nullo pacto adimere posse, quod quidem Decretum, ut illi Illustrissim. Patres opportunum, & necessarium dixerunt, ita inuolubiler iubent obseruari Roma 20. Nouembris 1615. A. Mar. Episcop. Hostiensis Cardinalis Gallus V. Theatin. Secret.

Quæ declaratio omnimodam in hoc casu tollit difficultatem ne scandala turbantur, & circa hanc controuersiam videndi insuper sunt Riccius in prax. tom. 4. resolution. 70. num. 5. Zanard. in Director. Theolog. 1. part. de penitent. Sacrament. 24. §. 4. Fagund. præcept. 2. lib. 7. cap. 2. num. 30. Miranda in Manual. Pralat. tom. 1. §. 45. art. 7. Ioann. Hieronym. Campanil. diuersor. Iuris Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 70. Villalobos in summa. tom. 2. tract. 9. dist. 53. num. 5. Dian. in resolution. moral. tractat. 2. de dubiis regular. resolut. 17. & resolut. 22.

Et cum Doctore Villegas (vir non satis laudandus) huius turbæ Archiepiscopatus Toletani Gubernator Generalis pro Serenissimo Infante Cardinali, voluisset suspendere licentias Religiosorum ad confitendum obtentas, & prædicandum sine sua, Rex Catholicus noster Philippus Quartus, tanquam Protector status Ecclesiastici (pro ut latissime probauimus, cap. 1. hac 1. part. per totum) authoritatem Regiam interposuit, ad euitanda scandala maxima, & commotiones inde ortas in Ecclesia Dei, ac ita decreuit *Nouitas ne fieret.*

His etiam temporibus nostris Episcopus Cordubensis ad id ipsum obtinuit Breue à Sede Apostolica, & ex eadem ratione scandali vitandi, turbæ & ob quietem Reipublicæ Ecclesiasticæ, & temporalis ac spiritualis, idem ordinatum & Decretum fuit à Regio supremo Senatu, ad quod conducunt omnes doctrinæ hæcenus relatæ à principio huius Capituli; & facit insuper, quam adductæ Palatii Rubens in tractatu de beneficiis vacantibus in Curia, §. 11. col. 3. ad fin. & colu. 4. ex doctrina Innocentij in cap. Inquisitioni, de sentent. excommunication. in fine, dicentis: Quod si ex præcepto turbæ iniusto Papæ vehementer præsumitur statum Ecclesiæ turbari, vel scandala ventura esse, non esse parendum, imò foret peccatum, obtemperare; & videndus est Cened. in collectan. 1. part. collectan. 5. num. 3. vbi plerimas allegat huius Decreti comprobationes. Ad quæ videnda sunt, quæ longa seric diximus hac 1. part. cap. 1. per totum, quæ omnino probant, quæ hic dicuntur.

Supradicta omnia roborantur turbæ ex eo, quod vbi timetur scandalum exoriri, & seditiones, procedere potest Rex pro illis sedandis, etiam inter Ecclesiasticas personas, & Religiosos, & componere non iurisdictione, sed œconomica potestate, & authoritate, ne pax publica turbetur, & bonum publicum detrimentum patiatur, probant Archidiacon. in cap. 1. de restitutione spoliatorum, Augustin. Beroti. consil. 56. n. 13. volumin. 3. Guido Papæ decisio. 1. & ibi, Ranch. in addition. & decis. 552. & consil. 78. Anton. Thefaur. decis. 82. decisio. 131. num. 10. & vtrouique addition. Gutierrez practicarum quæst. c. 34.

num. 18. & 22. lib. 1. Gaspar Rodriguez de annis redditibus, lib. 2. quæst. 22. num. 60. & Codex Fabianus lib. 3. tit. 1. de iudicij, definitio. 38. Et quod Princeps licet possit authoritatem suam Regiam interponere, vbi timetur scandalum inter Religiosos, & Ecclesiasticas personas non per viam iudicij, sed extraordinariæ cognitionis, notant insuper Zephales conf. 19. Albanus consil. 75. num. 5. Bosius in tractatu causar. crimin. titulo de Principe, num. 211. Oliuanus vstat. aliam namque, cap. 14. num. 144. Petra de potestate Princip. cap. 6. num. 85. Cæuedus de patronatu Regio, cap. 36. num. 3. Anton. Thefaur. dist. decis. 131. n. 8. & ex aliis Iacobus Chaner, variarum resolut. lib. 3. c. 14. de manutent. à n. 7. cum seqq.

Camillus Borrellus de præstantia Regis Catholicæ, capitul. 71. à num. 58. Dum loquutus fuerat de Rege Catholico, & eius Tribunalibus cognoscens de violentiis factis inter personas Ecclesiasticas, num. 59. ita ait: *Et hoc ambiguum esset, si fieret per viam cognitionis ordinariæ, & propria iurisdictionis, sed potius per modum defensionis cuiusdam extrajudicialis, ne inter personas Ecclesiasticas in Regno scandala, & rixa oriantur, & perturbetur status Regni tranquillitas præsertim subditorum laicorum, maxime quia in hoc Regno Neapolitano, quod vicinissimum est Summo Pontifici, & Vrbi Romana, qui statim adiri possit, cuius contrarium militat in Hispania, et propter longinquitatem, & Romanæ Curia distantiam, Rex, sui que magistratus malest Clericales, turbæ inter ipsos vententes committant, etiam aduertit Villalobos, &c.*

Quibus consonat bonus textus in cap. qui à Sancta Romana Ecclesia, turbæ cui auctore Deo præsidemus à pluribus patitur violentiis, &c. Ab Imperatore directi intersunt Nunij, qui scandala fieri vetent, &c. Ne vel Ecclesia scandalizetur, & Imperialia honorificentia minuatur, & cap. 28. in ordine. 63. distinctione.

Et quod ad scandalum vitandum possit Princeps Regiam manum interponere ex l. acquisitam 17. de usufructu, vbi notant omnes communiter scribentes, & in l. 1. C. de prohibita sequestrat. pecun. Petrus Gregorius 3. part. sintagma. lib. 23. cap. 3. num. 23. Franciscus de Ponte conf. 21. num. 1. volum. 1. Mand. lus de Alba consil. 78. lib. 1. num. 2. ibi: *Cum & passim iura dicant, debere Principem, & Iudicem turbæ habere ante oculos viam tutiorem, præsertim ne scandala committantur, &c.*

Et de pace omnino curanda ob sedandos tumultus, rixas & concitationes ex quibus quies turbatur Reipublicæ, non sine magno omnium scandalo: multa in iure specialia introducta sunt, quæ aliter non permitterentur, ex textu in l. cum pater. 77. §. dulcissimis 20. de legatis 1. l. qui decem 16. in fin. ad l. Cornel. de Sicariis, l. acquisitam 14. ff. de usufructu. l. cum oportet, §. non autem hyperbica, versic. Sin autem res; C. de bonis que lib. cap. cum teneantur, de prebendis, c. 2. vbi bona glossa, de desponsa, impuber. Hostiens. tit. de foro competent. versic. Ex præmissis, col. 4. Aufretrius de potestat. Eccles. super laicos, n. 16. tradit plura Mieres de maioratu 4. part. quæst. 22. à num. 8. & 20. cum sequentibus, Cenedus in collectan. 70. ad decretales, num. 1. Lancelotus Conradus de Templo Iudicium, part. 6. de pace, conclus. 102. num. 2. fol. 53. & libro 1. de Imperatore, §. 4. assertio. 16. fol. 81. num. 1. latè Petrus Gregorius

gorius in tractatu de Republica, lib. 11. cap. 13. & cap. 14. Gregor. Lopez in l. 58. glossa, Estor, tit. 6. part. 1. Quædam in suis diuersis quæst. cap. 29. n. 1. in fin. apud quos multa videre poteris, & facit cap. final. de transactionibus. Necnon alia plura iura, turbæ & doctrinas videre poteris per Guillelmum Benedictum in cap. Rainunium, verbo, Et uxorum nomine, decis. 2. à num. 114. & in verbo, Mortuo itaque testatore, 1. à num. 227. cum multis sequentibus, vbi abundè congerit multos casus, quibus à iure receditur ob pacem habendam, seditiones, & scandala vitanda, cum in pace vertatur utilitas publica, latissime etiam per Martam de iurisdictione. 1. part. cap. 41. per totum, & post plurimos Doctores, Tiberius Decianus in practicum crimin. tomo 1. cap. 10. n. 3. & copiosè per Franciscum de Borullinis in tractatu de duobus fratribus, num. 20. tomo 6. 1. part. diuersorum, plura congerit Pater Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 8. dist. 19. à num. 8. cum sequentibus, Matruilis de Magistratibus, lib. 3. cap. 4. à num. 98. & à num. 275. cum seqq.

Ex obseruantia quippe legum, & privilegiorum Regni turbæ pax conseruatur, aliter atque condictum est scandalum, iuxta illud Propheta: Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum, &c.

Insuper notandum erit pro complemento, quod non omnia, quæ turbæ fieri faciendæ sunt, sed euitanda, quando habent inconueniens, l. Iulius 15. ff. de condition. institut. l. in causa 16. §. idem Pomponius, ff. de minoribus, l. 1. in princip. ff. de aqua quodiana & astiana, l. non omne ff. de regul. iuris, Pinellus in l. 2. C. de rescindend. venditione, part. 1. cap. 1. num. 35. latissime plura congerens Petrus Gregorius in tractatu de Republica, lib. 9. capitul. 1. per totum, & dixit Mecenas Augullo Cæsari apud Dionem, lib. 5. Id tibi Consilium do, ne quando abutaris potentia tua, neque eam putes esse diminutionem potentia tue, si non omnia simul facias, que possis, sed quanto magis omnia, que statuere poteris persicere, tanto magis curas, ut optima tibi quæque proponas, Gregorius Acaius lib. 3. de privilegij, cap. 5. num. 46. Vt et redè Claudianus ad Theodolum in Panegy. in 4. Consula. honor. ait:

Nec tibi quod licet, sed quod fecisse licebit Occurrit, menèque domet respectus honesti. Et inde Seneca Treas, act. 2.

Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor. Quod reddit illud Theodorici Gothici Regis, relati per Cassiodorum lib. 4. Epistolarum, cap. 9. *Nostra prouidentia est, ut non solum iusta fiant, sed fieri videant omnes, scientique, & ab omnibus probata æmularix posterius suscipiat, &c.*

Quod quidem latius examinandum turbæ infra hæc 1. part. cap. 8. à num. 12. & sequentibus, versic. Et ad hanc nostram verissimam, &c. vbi tractatur, quod Bullatum retentio hæc locum habet, etiam quando ipsæ de iure validæ sunt, & non subreptiæ, at tamen ob scandalum, ali-quodve aliud notabile damnum, & inconueniens, inde ortum, vel futurum probabiliter timeatur (vt in hoc cap. & sequentibus) suspendi debet earum demum executio.

Pro quo & pro Coronide huius capituli vnum vtile erit notandum turbæ (quod & cæteris etiam causis, quas legitimis dicimus in hoc tractatu ad huiusmodi retentionem conueniat)

nam postquam Senatus Regius iuxta quæ latius diximus infra cap. sequent. versic. Quare ad harum causarum, &c. à num. 63.) exactam (vt alio) examinationem alicuius causæ ad retentionem faciendam proposita, iustam esse arbitrat, talem congruit decetque, vbi libet apparere & iudicari, quoniam Principi assentiendi de timore scandali, turbæ vel alicuius damni omnino standum est; optimè Iacobus Mandelus, consil. 75. num. 6. latè Alexander consil. 216. nec arguendi sumus, col. 9. volum. 2. & in consil. 21. consideratis, in principio, vol. 2. & in l. 1. column. 18. versic. Sed iuxta hoc queritur, de officio eius, Decius consil. 125. in causa spoliationis, num. 4. Rolandus à Valle consil. 1. num. 68. volumin. 2. Curtius Senior. consil. 20. num. 10. & 11. Cephalus consil. 173. num. 26. Tallon. consil. 227. in nouo fundamento, volum. 2. Tiraquillus de vtrouque retractu, part. 1. §. 1. glossa 14. num. 49. optimè Iacobus Mascardus in tractat. de probation. conclus. 1233. à num. 20. vbi num. 21. & 22. reddit rationem. Et quod de timore scandali sit superiori credendum, probat cum Srat. consil. 10. num. 10. p. 1. Ioann. à Coehier, in tract. de iurisdictione, in exemptis, tomo 2. in Scholæ ad Consil. Concil. Lateran. p. 1. §. 3. n. 35. fol. 32.

Cui doctrinæ optimè conducunt ea, quæ latius turbæ diximus supra hac 1. part. cap. 3. §. unico, versic. Sed licet hæc ita se habeant, &c. à num. 45. & sequentibus. Quod Pontifex Maximus in his causis retentionis, multum defert informationi sibi factæ per Senatum Regium supremum super inconuenientis, & damnis oriundis ex executione litterarum aliquot Apostolicarum, cum ipse Senatus ea accuratè examinauerit. Ex eisdemque mouetur ad earum litterarum retentionem, interim quod per supplicationem emissam, vel emittendam ad Sanctissimum, ipse instructus, & cæteris informatus de veritate precum, periculose & scandalo minantibus de salubri Reipublicæ prouideat remedio.

CAPVT V.

Præiudicium Regis, vel Regni, atque ideo damnum publicæ utilitatis an sit litterarum Apostolicarum retentionis legitima causa.

SVM MARI VM.

Regni, & Regis damnum ad inuicem compatiantur, cum vnum faciant indiuisibile corpus, num. 1.

Rex est cor, & anima Reipublica, num. 2.

Rex est caput, & anima Reipublica, & ipsa eius corpus, num. 3. & sequentibus.

Custodiri Regem à malis nihil predest, si & Regnum non custodiantur, ibid.

Mundus homo grandis dicitur, & homo symbolum est Reipublica, num. 4.

Inter hominem, & Reipublicam magna, & propria similitudo reperitur, quoad singula vtriusque membra, ibid.

Membra non debent à capite discedere, numer. 5.

Regnum

Regnum uti corpus infirmitatibus, & accidentibus est subiectum, num. 6.
 Regna sicut corpora humana florent, & interitum patiuntur, num. 7.
 Bellum nullum suscipiendum, nisi pro fide, aut salute Reipublica, num. 8. & num. 9.
 Salus corporis in bene composito more, ac eius administratione decorat consistit, num. 10.
 Virilitatem publicam non coment diuina iudificatione differri, num. 11.
 Reipublice salus nulli inanis conuenit, & interest, quam Principi, num. 12.
 Ex bono regimine Reipublica simultaneum oritur utile Regi, & Regno, num. 13.
 Regnantis est gloria subditorum otiosa tranquillitas, num. 14.
 Princeps magis commodum commune, quam suum custodire debet, quia diuicia vassallorum quasi sua sunt, num. 15.
 Princeps ita suos vassallos trahi debet, ne debiles inueniat quando illis egeat, num. 16.
 Virilitas Regni est commodum Regis, num. 17.
 Quanto quis melioribus praestit, tanto maior ipse & honorabilior est, num. 18.
 Regem diuiciis, & auro abundare nihil prodest, si populus sit tributis lacessitus, & oppressibus infirmus, num. 19.
 Exemplo statua Nabuchodonosoris contrita comprobatur, ibidem.
 Virilitas publica ita tenenda, ut commodi proprii obliuiscatur Rex, num. 20. & sequentibus.
 Salus populi suprema lex esto, num. 21.
 Pro conseruanda virilitate publica cum potentioribus est dimicandum, num. 22.
 Vigilantia Principis omnium domos defendit, omnium otium illius labor, omnium delicta illius occupatio, num. 23.
 Salutem Reipublica turbant violentia, & scandala, num. 24.
 Ne pax publica turbetur, & bonum publicum detrimentum patiar, ualeat Rex inter Ecclesiasticos auctoritatem suam aeconomicam interponere, num. 25.
 Maiestas Imperij publica salutis tutela est, ibidem.
 Ad Reipublica conseruationem debet Princeps obuiare illi, quae suis Regaliis, & suorum priuilegiis, & consuetudinibus obuiat, num. 26. & seqq.
 Si negligenter, quae usurpantur omitimus, excessus uiam alii aperimus, num. 27.
 Regi nihil magis noxium, quam semel amittere suam maiorem, num. 28.
 Manus est dedecus parata omittit, quam omnino non parauit, num. 29.
 Debilis in obuiando cognita ferociori animo inuaditur, num. 30.
 Publica necessitas ubi possit, permittitur Pontifici in ditionem Regis, & conuerso suum imperium exercere, num. 31.
 Propter publicam virilitatem multa admittuntur contrariationem disputandi, quae alias de iure non permittuntur, num. 32.
 Publica uirilatis causa potest Princeps auferre dominium, num. 33.
 Damnum publica uirilatis, nempe Regni, aut Regis in ista causa est ad Bullarum retentionem, num. 34. & sequentibus.
 Plura iura ad idem ponderantur, ciuilia, & Regia permissa suspendi executionem litterarum

in damnum publica uirilatis Regis, & Regni, num. 35. & sequentibus.
 Retentionem Bullarum in Senatu ob damnum Reipublica faciendam ex illi Regis Recopil. num. 40. & 41.
 Damnum, seu uirilatis Regni, aut Regis ad iniuicem conuertuntur, quia non dabimus damnum Regni, quin uerget in damnum Regis, num. 43.
 Ponderatur, & interpretatur in proposito Authent. ut nulli iudic. §. hoc uero, ibid.
 Genus praecedens non restringitur per species appositionem, cum fiat loco exempli, num. 43.
 Quoties plura habent eandem rationem, licet de uno tantum fiat mentio, censetur fieri exemplariter, num. 44.
 Damnum Reipublice Ecclesiasticae spiritualis, aut temporalis legitimam esse causam retentionis litterarum Apostolicarum in Senatu, omnes ferè firmant Doctores de hac retentione tractantes, relati, num. 45. & sequentibus, usque ad n. 55. quorum observationes ad litteram recensentur.
 Papa praecipuum, ex quo praesumitur publicum Ecclesiae statum turbari, non est exequendum, n. 56.
 Exemplum redditur de Cardinali expulso à Regno Francia turbante publicum Regni statum, ibid.
 Simile exemplum habetur in Hispania è qua Philippus Secundus, expulsi Nuntium Apostolicum resistentem decreto uolentia Senatus, ibid.
 Rescriptum concessum priuato non derogat concessio ad publicam uirilatem, num. 57.
 Priuilegium, quod transit in contractum, aut ob aliam causam onerosam obtentum potest renouari ex causa publice uirilatis, num. 58.
 Priuilegium ob remunerationem seruitorum ex pretio, uel alia onerosa causa modificari, aut renouari potest, si sit noxium Regi, aut Regno, num. 59.
 Ob publicam uirilatem potest Rex concedere legem, ne alienigena obtineant beneficia in Regno, num. 60.
 Ob damnum publicum litterarum Apostolicarum in executione est supersedendum, num. 61.
 Supplicari potest à lege, quae non conuenit uirilati publice, num. 62.
 Senatus suo Rex commisit casuum ob quos peritur retentione, examen, qui indices euigilat in salute Reipublica, num. 63.
 Senatores scientia, & experientia experti melius agnoscunt, quod uirilati publica sit conuenientius, aut noxium, num. 64.
 Senatores cognoscunt mores Regni, consuetudines, & priuilegia, num. 65.
 Senatores sciunt praeterita, & de futuris aestimant erudita, num. 66.
 Senatores Regi, ut prudentes ex praesentibus accidentibus, quae mala uentura erunt agnoscunt, & quae damna praecauenda, num. 67.
 Prudentia est cauere, quae non putant emergere, num. 68.
 Prudentia est notio futurorum, & aduenientium calamitatum numerum, num. 69.
 Multa de Senatorum laude, & minere in Reipublica salute, num. 70. remissiuè.
 Regnorum finis, quo creata sunt, is est, ut Passalli in pace conferrentur, num. 71.
 Recursus retentionis quatenus tendit in uirilatem Reipublica omnino fauorabilis est censendus, num. 72.

REGNI,

REGNI, & earum damnum ad iniuicem & compatiuntur, cum ut Seneca ait, in libro de Clementia, Rex & Regnum unum & idem faciunt indiuisibile corpus in haec: Ille est enim uinculum, per quod Reipublica cohaeret; ille spiritus vitalis, quem haec tot milia trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus & praeda, si mens illa subtrahatur, optima l. 5. tit. 1. part. 2. E por unde illamaton coraçon è alma del pueblo ¶ ca assi como y aze el alma en el coraçon del hombre, è por ella uiue el cuerpo, è se mantiene: assi en el Rey yaze la iusticia, que es vida è mantenimiento del pueblo de su señoria. E bien otro si, como el coraçon es uno, è por el reciben todos los otros miembros unida para ser vn cuerpo, bien assi todos los del Reino, maguer sean muchos (porque el Rey es, è debe ser uno) por ello deben otro si ser todos vnos con el, &c. Et in fine illius legis, ibi: Onde el es alma, ¶ è cabeça, è ellos miembros, &c. Et ad idem uinculum, & uitalitatem Regis, & Regni est, l. 3. tit. 19. part. 2. ibi: E por ende dixeron los Sabios antiguos, que son como alma è cuerpo, que maguer en si sean departidos, el Ayuntamiento les haze fer una cosa. Onde maguer el pueblo guardasse al Rey, è todas cosas sobredichas, si al Reino no guardassen de los males, que y podian venir, non seriala guarda compida, &c.
 Et iterum haec uitas apparet ex eadem l. 5. ubi Rex dicitur caput Reipublica, quae idè corpus mysticum dicitur: ibi: E naturalmente dixeron los Sabios, que el Rey es cabeça del Reino, ca assi como de la cabeça nacen los sentidos, porque se mandan a todos los miembros del cuerpo, bien assi por el mandamiento, que nace del Rey, que es señor, è cabeça de todos los del Reino, se deben mandar, è guiar, è auer vn acuerdo con el, para obedecerle, è amparar, è guardar, è acrecentar el Reino onde el es alma, è cabeça, è ellos miembros, &c. Quod & dixit Dicitur Thomas lib. 1. de regimine Principis, capitul. 12. Hoc igitur officium Regi se suscepisse cognoscat, ut sit in Regno sicut in corpore anima; & sicut Deus in mundo, quae diligenter recogitet, &c.
 Moyses in primo uerbo Habraico Genesis, mundum uocat ¶ hominem grandem, homo etiam symbolum est Reipublica; Dicitur Paulus ad Roman. 12. Ezechiel, cap. 24. & Interpretes Ecclesiastici in eisdem locis. Sandertius lib. 5. de uisibili Monarchia, cap. 3. atque ideo Pito Mirandula in Eptaplo, mysteriosam quandam refert expositionem, & ueram similitudinem inter corpus mysticum, & indiuiduum, atque itidem Sixtus Senensis lib. 5. Bibliotheca sancta, & Andreas Laurencius Prothomedicus Henrici Quarti Regis Franciae in libro de Anatomia, subtiliter quidem explicat proportionem hanc inter hominem, & Reipublicam. Dicunt enim, quod inter has duas creaturas possunt absque ulla impropriate nomina permutari, è quod in Regno Rex est caput, apud quem residet regimen, corpus autem populus est, & uassalli, oculi sunt Senatores Consilij iuxta illud Prouerbior. capitul. 4. Oculi tui uelut uideant, communiter influent Interpretes explicauerunt teste Hieronymo Laureto in sua Sylua, uerbo, Oculus, cum assistant Principi, & illum adiuuent in regimine Reipublicae, brachia sunt uicini corporis duces, & milites, Daniel. 11. cap. 11. & ibi Lyra, in quibus

constitunt opera fortitudinis, & executionis qua Reipublica defenditur, atque iniuriae offenduntur. Vniuersitates, & studia generalia diuersarum Artium (unde iuuentus docetur, & Reipublica abundat Doctoribus Theologis, iurisperitis, Medicis, & aliis similibus) sunt stomachus, & officinae, quae condidit natura ad eorum cibum, eique dat perferendam formam, ut distribuatur, per omnes corporis partes, dando cuilibet necessarium alimentum. Carceres autem loca sunt, ad quae natura prorumpit inuicem, & nocuum cibi. Tirremis denique, & caetera loca assignata facinorosis pro poena sunt latrunculae, seu proprius Cloacae, & Floricae in quas proijciuntur excrementa, hoc est expurgatis, sicut exoneratur Reipublica genibus periculosus. Igitur in omnibus reperimus proportionabilem æquationem, & similitudinem inter hominem, & Reipublicam. Videndus ad idem Fratres Ioann. de la Puente, en la conueniencia de entrambas Monarchias, &c. lib. 1. §. 1. in princip. c. 1.
 Inde inferitur haec uitas inter Regem, & Reipublicam, ille caput, haec membra inseparabilia ¶ à suo capite, quia membra non debent à capite discedere, cap. cum non liceat 12. de prescriptio. n. 17. Molina de Hispanor. primogen. lib. 1. cap. 1. num. 17. Romatius singular, §. 10. Nicolaus Lofeus de iure uniuersitatis, part. 3. cap. 13. num. 7. Felinus in cap. Pastoralis, num. 10. de officio delegati, Menochius consil. 51. per totum, & consil. 257. Alexander Ludouicus de iur. 284. num. 2. & 3. Augustin. Barbof. nouissime in tractat. de Canoniciis, & Dignitatibus, cap. 8. num. 55. textus in cap. noui de his qui sunt à Prelator. cum aliis.
 Quare Rex & Regnum ad iniuicem ¶ debent sua damna, & infirmitates communicare, & de remediis opportunis ad suam conseruationem, & Reipublicae salutem mutuo tractare. Quoniam Regnum uti corpus bene consideratum subicitur accidentibus, & infirmitatibus, ut inquit Poeta Claudianus de bello Getico:
 Quid mirum si Regna labor mortalia uexat?
 Cui consonat quod dixit Velleius Patereulus, lib. 2. ut appareat ¶ quemadmodum Urbium, Im-
 periorumque, ita gentium, nunc florere fortunam, nunc senescere, nunc interire, &c. Cicero ad Atticum lib. 2. Epistolae. 20. Dolens de Republica infirmitate oppressa, cum nec esset qui de medicamento ad eius salutem, & conualecentiam tractasset, ita ait: Nunc quoque nouo quodam morbo ciuitas nostra moritur, ut cum omnes, quae sunt apta improbem, querantur, & doleant; & uarietas in re nulla sit, aperteque loquantur, & iam clarè gementi medicina nulla afferatur, &c.
 Cui conuenit, quod idem Cicero tractat lib. 3. de Republica, dicens: Nullum bellum à Cinitate ¶ optima suscipitur, nisi aut pro fide, aut pro salute; cuius meminit Praeclarus Iulius Prudentia, atque humanarum litterarum Princeps doctissimus Senator Don Ioanni. Baptista Valenzuela Velasquez, meritissimus pronuncius Praefes Regiae Granatensis Chancellerie, in monitorio contra Venetos, p. 7. num. 60. pag. 44. 8.
 In qua Ciceronis auctoritate animaduerter, fidem ibi accipi, ¶ quatenus cum Religio-
 ne Catholica conuenit (quia haec Ciceroni fuit incognita) sed pro fecere in ita tenenda Reipublica, iuxta regulam iuris; frangenti fidem fides frangatur eidem, de regulis iuris, lib. 6. l. conuenio-
 num 5.

H

man 5. de pactis, vt notat Ferdinandus Mendosa lib. 2. cap. 9. Conanus lib. 5. Commentar. cap. 1. Guibertus Costanus quæstion. iuris. cap. 3. Reuardus lib. 4. variarum, capitul. 1. Vincent. Cabotius, lib. 2. dispensation. cap. 10. & sequentibus, & in specie aduertit Diuus Augustinus ita Ciceronem intelligens, lib. 22. de Ciuitate Dei, cap. 16. & Ioseph Acofta lib. 2. de procurand. Indor. salute, cap. 4. pagin. 223. & de salute, non intelligitur de salute corporis indiuidui, sed de corporis mystici Reipublicæ, vt declarant Doctores citati, de qua Nos hactenus loquimur in hoc capite.

10 Consonat rectè Ioachinus Opeius Frisius † de vera Iuris prudentia, lib. 1. tit. 5. de definitione. Nomothetic. cuiusque salus (inquit) in optimè composito more, atque eius administratione decora consistit, refert Maximus Titus sermon. 6. fol. 77.

Etenim sicut homo parus gubernatur, pariter sic mundus totus vniuersalis similitudinariè, vt docet Aristoteles, at cum in regimine vnius indiuidui corporis naturalis consistat, quòd vbi nullus humorum excessus, nulla est rebellio repugnans, nullaque distributio conseruationum; vbi autem est humorum excessus propter inordinatum forte regimen, tunc pugna est naturæ tendentis in conseruationem cum excessibus tendentibus ad destructionem corporis, vt aliquando sufficit naturalis potentia ad correctionem humorum, ipsos expellendo de corpore, & aliquando propter excessum morbi natura est per se impotens, egèque adiutorio extrinseco, vt medicamine sapientis, qui exhortator est naturæ ministrando congrua ad expulsiõnem morbi, ipsius naturæ auxiliator existat, ita in Republica, & magno mundo contingere experimur quotidie, vti corpore mixtico, nam aliquando in climaticis eius nullus est rebellium excessus, & tunc cessat pugna, sed tendit solum natura ad mundi conseruationem salutis, que est in pace, & tranquillitate viuere, aliquando & rebellis excessus, & discordia tendentium ad destructionem, & tunc opus medicamine sapientis, & hoc fieri potest, vel ab ipsa natura reducendo rem ad proprios terminos, sedando rebelles, vt videmus interdum, quod orta seditione ipsi inuicem eorum prudentia reconciliantur, aliquando est tantus excessus rebellium, quòd non potest ipsa natura sola, & tunc opus est medicamine rebellico, vt expulsi rebellibus reuertatur Respublica ad pristinam sanitatem. Vnde merito Deus, qui est omnium creator, & medicus vniuersi, adhibuit ministros, & medicos ad domanda multa, & graua mala gentium, vt hominem, & mundum magnum in pace, societate, & salute conseruent, vt statim dicemus, & vide Mattam de iurisdict. 1. p. cap. 40. à princ.

Quò tendit illud Poëtæ.
Temporibus medicina valet, data tempore profunt.
Et data non apud tempore vna nocent.

Et Ecclesiastes cap. 43. vers. 24. ibi: Medicina omnium in festinatione, &c.

11 Et illud Cassiodori, Pilitatem † publicam non conuenit, diuturna ludificatione differri. Nec enim (secundum Aristotelem 5. Politicor. cap. 8.) cuiusvis hominis est, sed ciuili intelligentia præditi, malum quod efficitur in principio cognoscere, &c. Et Plato lib. 6. de sapientia Ciceronis Philippi

Secundè, ibi: Ciuili facultas, & Ciuitatis, & Gentium commune bonum conseruant.

Quare Principes continendebent esse euigilans pro salute populi, ne ob scandala, & pacem turbatam infirmetur. Quid enim vtilius aptiusque Reipublicæ salutis pace, vt inquit Pontifex † in cap. 3. 13. quæst. 1. ibi: Si autem pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium, &c. Et ibi superius: Non enim patitur, vt Bellum excitetur, sed bellum queritur, vt pax acquiratur. Concordia quippe & pax sunt præcipuè nexu, & vincula, quibus quasi indissolubiliter annectitur omnia corpora mixtica, que ad similitudinem corporis naturalis (de qua supra) requirunt concordiam pro sui conseruatione, & salute. Sicut enim naturale corpus per suarum partium cõcordiam, & annexionem conseruat in valetudine, & virium robore, & per earumdem discrepantiam resoluatur, & perit: ita & mixticum corpus ex singularum membrorum & partium discordia inordinatur, infirmatur, & perit, sic ex Diuo Paulo 1. ad Corinth. 12. probat D. Ioann. Ramirez in tractatu de confirmat. Ordin. S. Iacobi, cap. 25. num. 1. Et hanc corporis mixici consonantiam vni penitus ad eius conseruationem necessariam præ oculis in somnis habere tenent Rex, nam Reipublicæ valetudo nulli magis prodest, quam Regi ipsi, teste Vlpiano in l. 3. ibi: Nam salutem Reipublicæ tueri, nulli magis credidit conuenire, nec aliis sufficere, quam Cæsarem, &c. de officio Præfecti vigillum, atque etiam Imperatore Iustiniano in l. Imperialis, C. de nuptiis, ibi: Imperialis beneuolentia proprium esse iudicantes, vt omni tempore subiectorum commodò, tam inuestigare, quam eis mederi procuremus, &c. & in l. humanum, C. de legibus, ibi, Bene enim cognoscimus, quòd cum vestro consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem nostræ Imperij, & ad nostram gloriam redundare, &c. Ex quo textu colligitur † ex bono regimine simultaneum, & vniuersi orti beneficium Regno, & Regi; adest etiam tunc, singularis in cap. 1. de officio legati, lib. 6. ibi: Officij nostri debuit remediis inuigilare subditorum, quia diu eorum excusimus onera, dum scandala remouemus, Nos in eorum quiete quiescimus, & fouemur in pace; ex quo textu duplici doctina imbuimur, altera quòd pax & tranquillitas vassallorum pax est, & quies Principis, & promiscuè omnes ea fruuntur, quapropter Principis interesse, & debitum muneris esse pacem subditorum mediis omnibus curare. Altera ex scandalis Reipublicæ subditorum pacem, & quietem turbati, ab scandalisque inquierem gigni, & orti: alia plura similis iura videbis supra cap. 3. §. vniuerso, à num. 45. in idem tendentia.

Facit textus in Authent. de mandat. Princip. §. deinde conueniens, collat. 3. ibi: Deinde conueniens est, vt nulli populi ciuitatem alterneris seditiones facians, sed omnem pacem esse Dei ciuitati- bus æquitas, &c.

Et conducit illud Cassiodori, lib. 2. epistol. 29. ibi: Quia regnantis est † gloria subditorum ociofa & tranquillitas; pulchre Diuus Augustinus de Ciuitate Dei, lib. 19. cap. 14. Christiani Principes dum rectè imperant etiam feruunt eis, quibus imperare videntur, Imperant enim, vt consulant saluti, & utilitati eorum quibus imperant. Et Diuus Chrysolomus: Hæc enim est illis vita, hoc studium, vt in quouomodo pace fruatur.

Clarè

15 Clarè etiam & mirabiliter † hoc idem dixit Rex Alphonsus in l. 9. tit. 1. p. 2. ibi: E debent orro, si guardar mas la pro comunal, que la suya misina, porque el bien è la rigneza de los escosomofuya, &c.

16 Mirabilis est etiam † ad conseruationem salutaris Reipublicæ, quòd ipse Alphonsus Rex dixit in l. 14. tit. 1. part. 2. ibi: E como quiera que el Rey es señor de sus pueblos para manenerlos en justicia, è seruirse de ellos, con todo esso guardarlos debe, en manera que no le falle gan, quando meñester los ouiere, &c.

17 Ita etiam Rex Henricus Tertius † dixit bonum, & vtile sui Regni propriam suam esse vtilitatem Regis, in l. 25. tit. 19. lib. 6. Recopilation. ibi: Mandamos por el provecho comun, que es proprio mio, &c.

18 Quanto enim quilibet præstet † meliortibus, tanto maior ipse, & honestior est, verbis vtort Iustini Imperatoris in Authent. de defensa. Ciuitatis. capitul. 7. §. nosignit, collat. 3. quòd exornat Probus ad Monach. in cap. nouit. num. 11. ad fin. de iudic. Anton. Sola ad Decreta subaud. tit. de nominat. domino, gloss. 2. num. 2. & rit. de edicto anon. gloss. 1. num. 4. Lancelatus Gallian. consil. 46. n. 40. Valenquez Velasquez consil. 59. num. 15. Marzar. consil. 26. num. 19. & num. 21. Guertero in Theaur. Christiana Religio. cap. 16. Laudaturque Princeps, ex potenti opulencia, & fortitudine subditorum, Camillus Borrellus de præstantia Regis Catholici, cap. 81. num. 14. & alij videndi per Giurbam consil. 1. num. 16.

Quid enim diuites Regis, & thesaura pro sunt, atque † abundare, si populus eius miserè infirmetur, & tributis, oppressiõnibusque sit læceticus, & languidus: nihil certè ex hactenus dictis ac etiam exemplo statuer potētissimi Regis Nabuchodonosoris, cuius caput erat autem (quo figuratur Rex in populo) pectus argenteum, ceteræque membra diuersi metalli, pedes verò lutei erant, lapis de monte elapsus eos terigit tantum, quo solo caput aureum, ceteræque membra fortia illico ceciderunt collapla, quæ vera est figura inter Regem & populum. Quòd & insinuat Baldo in consil. 4. tom. 5. vers. Nam thesaurus Principis non est Fiscus, sed subditi bene se habentes, lib. 5. folio 108. et est bonus textus in Authentico vt Iudices. sine quo suffragio, §. cogitatur, versio. Considerauimus enim, quia licet quæstus immodicus immittitur imperio; atamen nostri subiecti incrementum maximum percipient, si indennes à Iudicibus conseruentur, & Imperium, & Fiscus abundabit, vens subiectis locupletibus: & vno hoc introducto ordine plurima verum, & innumera erit vbertas. Consonat l. 2. C. de omni agro de fisco, lib. 11.

19 Quibus legibus bene † conuenit, quòd inquit Cicero, lib. 1. de officiis. Qui Reipublica profuturi sunt, vtilitatem ciuium sic tueantur, vt quidquid agant, ad eam referant obliuii commodorum suorum, Menoch. consil. 1283. num. 35. Giurba consil. 1. num. 38. Et de Rege idem dicit Erasmus à Cochier. in thesaur. Politico 2. part. lib. 1. cap. 4. num. 6. commodum omnium præferatur vtilitati singularum, vniuersi & commodò Principis ipsius, per l. vnic. §. penult. C. de caducis tollend. vbi etiam adducit illud Ciceronis 1. de legibus, & vniuersi † de sinibus, lib. 5. Salus populi suprema lex esto.

Et docet Cicero in oratione pro Caio Rabir, lex esto.

Est (inquit) boni Magistratus, † cum auxilia Reipublica labefactari, conuelli que videt, ferre opem patrie, succurrere saluti, fortissimeque communibus suam salutem posterioere salute communis ducere. Et idem Cicero rufus in oratione pro Sextio, ait: Sudandum est illi, qui Magistratum gerunt, pro communibus commodis, ad eunda inimicitia, subeunda sæpè Reipublica tempestates cum multis audacibus, improbis, nonnunquam etiam potentibus dimicandum.

Deducitur etiam hoc officium, & obligatio Principis in salute, & vigilancia Regni, cum ipse populi dicatur cor ex legib. Partis, ad principium citatis.

Quia cum cor sit origo venarum, & fons sanguinis, † quod celeritate maxima, & impetu luccurrit omnibus aliis membris, abique proluxa dilatione. Vt ex Plato Dialogo. Timæo. Cor venarum origo, fonsque sanguinis, impetu quodam manans, &c. Et sicut hoc munus exercet cor, etiam quiescente, & dormiente corpore; ita Princeps illud debet imitari, vt & bene inquit Seneca ad Polybium, Cæsari, cui omnia licent, propter hoc multa non licent, omnium dormos illius vigilia defendit, omnium otium illum labor, omnium delicias illum occupatio, &c. Quo sensu intelligo, quòd dicitur Cantorum capitul. 5. ibi: Ego dormio, cor meum vigilat.

Et ideo ne salus Reipublica languescat, & detrimentum patiatur (cuius præcipua † causa solet esse turbatio pacis, orta ex violentiis, & scandalo obueniente, cuius est causa immediata, iuxta illud S. Hilarij Commentar. in Matham. capitul. 25. dum inquit: Atque his quidem vexationibus multi turbabuntur, & tantis insurgentibus malis scandalizabuntur, & vsque in mutuum odium excitabuntur, &c. Ex hac quippe vassallorum iniquitate, & turbatione Regni interitus succedit, iuxta illud Davidis Prophetæ, Psalmo 45. Conturbata sunt gentes, & inclinata sunt Regna. Provt latius in Capitulis sequentibus, & capit. præcedenti monstrauimus.)

Princeps omnino curare debet infirmitatem hanc per vigilantem † protectionem suorum vassallorum, iuxta textus in l. 13. tit. 13. part. 2. ibi: E para defenderlos, que non recibian mal nin fuerça, l. 18. tit. 9. part. 1. Et ea, quæ abundè diximus in tractatu de Regia protectione, 1. part. cap. 1. à num. 66. & sequent. & à princ. per totum Capitul. Vt Natalis Comi. lib. 3. historia: mum (inquit) omnium bonorum humanorum pax est, & tranquillitas populorum, quam Principes in primis debent procurare; cum ex pace, & concordia tot vtilitates Reipublica sibi commendata, & ipsi pariter simul fruuntur; quòd considerauit Augustinus in libro de Sermonibus Domini in monte, in hæc inueniens: Concordia est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, consortium charitatis, & hæc similitates tollit, Bella compefit, iras comprimit, superbes calcas, humiles amat, discordias sedat, inimicos concordat, cunctis est placida, nescit extolli, nescit iniari, hanc qui accipit, tenent, qui perdidit, reperat, qui amissa, adquirat, sine tamen iniustitia administratione pax assistere nequit, &c.

Ne igitur pax publica turbetur, & bonum publicum detrimentum patiantur, † licite possit Regem etiam inter Ecclesiasticos authoritatem suam

H a suam

suam æconomicam interponere, firmant omnes Couar. in *pract. cap. 35. num. 3.* latissimè Nauartus in *cap. cum contingat, de rescriptis, in 1. remedio per totum, Carol. Grassal. lib. 2. Regal. Franc. iure. 7.* Ofascus *decisione 30.* Menochius de *retinenda possess. remed. 3. ex num. 558.* Ioann. Segura *Daualos in Director. Iudic. Ecclesiast. fori. 2. part. cap. 13. num. 51.* Arzed. in *l. 2. per totum, tit. 6. lib. 1. Recopilat.* Ioann. Martines de *Olano in antinom. littera l. num. 73.* Auenda. de *exequendis mandatis Princip. 1. part. capitul. 1. num. 32.* Didacus Peretz *lib. 3. tit. 13. l. 6. pag. 718. versicul. Ratio est, quia, & optimè in l. 5. in gloss. puden conocer. tit. 1. lib. 2. ordin. pag. 169.* Nauartus in *l. Manuali Latino, cap. 27. num. 69.* Ioann. Gutierrez de *inament. confirmator. 1. part. cap. 2. num. 26.* Bartol. Humada in *l. 13. tit. 13. part. 2. in glossa 4. verbo, Nin fuerça, ex num. 1.* Hieronym. Portoles in *fehobis ad Molinum, §. firma, num. 101.* Gtegor. Lopez in *ditt. l. 13. in glossa, Nin fuerça, Vinal. in Candelabro Ecclesie in explicatione Bullæ in Cerna Domini, casu 14. ex num. 102. & optimè casu 16. num. 115.* optimè Salzedus in *addition. ad praxim crimin. Canon. Bernard. Diaz cap. 102. littera A. Lancelotus Robert. da attentat. 2. part. cap. 4. num. 36.* Cened. in *collect. ad Decretum 1. p. collect. 5. num. 3.* & alij plurimi, quos omitto, & videre poteris in *tract. de Regia protectione. 1. p. cap. 1. a num. 119.*

Quapropter dixit Quintus Curtius *lib. 8. relatus à Valençuela Velasquez in tractatu de statu, & bello. 2. part. consideratio 6. num. 11. Maiestatem Imperij publicæ salutis esse tutelam.*

